



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:  
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd  
Zauberische Personen verfahren soll**

**Goehausen, Hermann**

**Rintelii ad Visurgium, 1630**

XVI. Quæ sint crimina excepta: & curita dicantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

7. Ob auch die / von welchen derselbige  
Butter kommen / die Milch verlohren ha-  
ben?

8. Wie bald es beschehen / vnd wie es zu-  
gangen seye?

9. Wie lang es gewehret habe / daß die  
Kühe keine Milch gegeben?

10. Was die Kühe darunter gethan  
haben?

11. Ob Zeug selbst darben gewesen / oder  
wer sonst / als Elsa in dz Butterfaß den  
Stecken gestossen?

12. Bey wehme man Rath gesuchet ha-  
be / daß der Ruhe dich Milch wiederumb  
kommen ist?

13. Was es gewesen / darmit der Ruhem  
geholfen worden / wa man es genommen /  
vnd wie man es gebrauchet habe?

QUÆSTIO XVI.

*Quæ sint crimina excepta, & cur  
ita dicantur?*

**D**elictorum distinctiones multiplices  
sunt, sicuti plenissimè videre est a-  
pud Farinacium *de delict. & pæn. lib. 1. tit. 3.*

152 *Qu. XVI. Qua sint crimina excepta,*  
*q. 18. n. 8. & seqq. qui ibidem n. 60, sextam*  
delictorum distinctionem hanc adfert,  
quod alia dicuntur *excepta*, alia verò *non*  
*excepta*: & quoniam in *qq. preced.* criminū  
exceptorum, frequens facta mentio, & in  
specie de crimine veneficii excepto di-  
sputatam, neq; inter omnes convenit,  
cur quædam crimina dicantur *excepta*,  
hinc de eo breviter inquiram.

Inquit verò Farinac. *d. n. 60.* *excepta*  
dicuntur crimina, quæ sub generali legis  
dispositione non continentur, sed *Semper*  
*excepta* censentur; qualia sunt illa, quæ  
directè vergunt in corporale vel spiritua-  
le damnum publicum, ut est *crimen lese*  
*Majestatis, Conjuratio, Hæresis, Veneficium &*  
*cætera* quæ refert & enumerat Farinac.  
*d. n. 60.* non *excepta* autem sunt illa, quæ  
veniunt in generali dispositione legis.

Verum quid est quod dicit Farinacius,  
*Semper excepta censentur*? Ergo nè cri-  
mina hæc non quoad quædam tantum,  
sed quoad omnia, nimirum *Iurispositivi*  
decreta atq; ita non tantum respectu *pæ-*  
*nae gravioris*, sed etiam respectu *processus &*  
*ordi.*

*ordinis judicarii, cēlebūtur excepta? Hoc voluisse Farinacium dicit Delrio. libr. 5. disquisit. Magic. in append. 2. q. 1. vers. multa hoc argumentum involuit: Existimat itaque Delrio d. loco. posse judicem in criminibus exceptis transgredi statuta & communes juris regulas, non solummodo in casibus jure communi quoad hæc crimina expressis, sed *Semper* & quoad omnia juris positivi decreta, atq; ita etiam in casibus non expressis. Addit *Delrio* hanc rationem, nam alioqui non forent crimina à juris positivi regulis absolutè excepta, ut sunt: & vix est ullum crimen, de quo non invenias aliquid in jure speciale, & à communibus juris regulis exceptum, & sic si *quoad quædam* tantum & non *quoad cætera* quoq; dicas vocari excepta, vix ullum crimen foret, quod non diceretur exceptum, quo nihil absurdius. Concludit itaque *Delrio* hoc modo si rectè inter crimina distinguitur, ut quædam sint excepta, quædam non excepta, omninò etiam statuendum ea quæ dicuntur excepta, *absolutè* à jurispositivi regulis excepta est.*

154 *Qu. XVI. Quae sint crimina excepta,*  
ta esse, cæteroquin cum singula crimina  
aliquid speciale & exceptum habeant, se-  
queretur omnia crimina esse excepta, &  
ita inepta foret isthæc distinctio.

Verum aliud & contrarium sentiunt  
Mascardus *vol. 3. d. probat. concl. 1311.* quot-  
que allegat, qui hæc crimina non *quoad*  
*procedendi modum*, sed *quoad pæna exces-*  
*sum*, quam in illis graviolem iudex impo-  
nere potest, *excepta* tantum vocari pu-  
tant, adeoq; nec in hisce iudici licere *or-*  
*dinariu procedendi modum* transgredi: Un-  
de Doctores pleriq; in illa quæstione de  
nominatione plurium an sufficiat ad tortu-  
turam, de qua egimus supra *in quæst. 8.* sic  
inferre solent. Nominaciones sociorum  
*in aliis criminibus* non faciunt indicium ad  
torturam. Mascard. *d. concl. 1311.* Menoch.  
*2. de arbitrar casu. 474.* Ergo nec *in crimi-*  
*nibus exceptis.* Rationem consequentiæ  
dant illam, quam iam dixi, nimirum ean-  
dem esse rationem in utriusque *quoad pro-*  
*cessum & ordinem iudicarium*, quem nec *in*  
*exceptis* iudici alterare seu transgredi li-  
ceat, Videatur Bossius *tr. de iudiciis ante*  
*lort.*

*Et ita dicantur.*

155

*l. r. n. 78. Decian. consil. 18. n. 42. Roland. consil. 12. n. 72. lib. 3.*

Sed hæc *Mascardi* ac *lequacium* sententia mihi displicet, etenim quam plurima ostendunt, peculiaria etiam *quoad procedendi ordinem & modum* in his criminibus permessa esse, veluti 1. quod socius de socio contra juris regulas potest interrogari, id enim est contra *L. fin. C. de accusat.* 2. quod infames, quales sunt omnes complices, adversus horum criminum reos in testes admittuntur, contra *Legem 8. de accusat.* 3. quod etiam hic testes singulares plures socium denuntiantes probant. Secundum ipsum *Bossum* *precitato loco de indic. n. 159. Clar. q. 21 §. fin. n. 9. 4.* quod neque in his prærequiritur infamia seu præcedens diffamatio eum ea plerunq; sint natura sua occultissima, ut notant *Sylvester in verb. inquisitio. l. §. 10. Sotus lib. 5. d. instit. q. 16. a. 2. Navarrus. c. 18. man. num. 57. 58. & cap. 25. n. 27. & 33.* licet de eo addubitet *Valentia q. 14. pun. 1. de justit.* Vide quæ diximus *in quest. preced. 10. & 13.* Et 5. quod in hisce criminibus plurima à iudicis

cis

156 *Qu. XVI. Qua sint crimina excepta,*  
cis arbitrio dependent, nō solum quoad  
determinationem pœnæ, sed etiam re-  
*spectu indiciorum & torturæ*, quando scili-  
cet hæc iteranda, in quo gradu adhiben-  
da, & ad eam quæ nā indicia sint idonea.  
Videantur Menoch. *de arbitr. casu 270. n.*  
*3. & casu. 271. n. 2. & casu. 272. n. 4.* quolque  
ibidem allegat. Ex quibus satis apparet,  
libertatem criminalis iudicii in exceptis  
non esse restringendam ad pœnæ exces-  
sum, in quo fateor *Mascardum* & sequa-  
ces valdè hallucinari.

Verum sunt nonnulli qui hic replicāt,  
& licet concederetur, *inquiunt*, in his cri-  
minibus posse iudicem excedere juris  
communis regulas, etiam in modo pro-  
cedendi, hoc deberet restringi *ad inquire-*  
*dum*, ut loquuntur Decianus. *cons. 18. n. 42.*  
Menoch. *consil. 100. n. 66.* Itaque illi sen-  
tiunt, quamvis *in inquisitione* extra ordinē  
iudici & contra regulas jcommunis pro-  
cedere liceat, attamen *in tortura* id locum  
nō habere, siquidē *torturæ* damnum est  
gravissimū, sed *inquisitio* damnum saltē  
adfert modicum; sed hanc limitationem  
refel-

refellunt *Bossius. Clarus. Menochius* *practica-*  
*ris locis*, quos vide & adde *Delrium* *simili-*  
*ter practato loco*. Etenim cum socius de so-  
cio contra regulas j communis hic possit  
interrogari, *sicuti diximus*, quomodo non  
exinde judex etiam si plures socium de-  
nuntiaverint, ad torturam procedere  
posset; *Vide quest. preced. 10.*

Existimant igitur alii vocari crimina  
excepta ex usu loquendi Doctorum illa,  
quæ ob singularem enormitatem ac per-  
niciem adversus bonum commune in  
*Plerisque* rebus à communi modo proce-  
dendi speciales in judicio exceptiones  
habent; quam sententiam probant fer-  
mè *Theologi* passim, ac eam sequitur *Tan-*  
*nerus tr. de process. advers. Sagas ad 2. 2. S.*  
*Thoma. q. 67. a. 2. & 3.* Et ergo quamvis in  
criminibus exceptis non dicamus obli-  
gari judicem ad communem ordinem  
publicorum judiciorum, legibus com-  
munibus præscriptum, seu etiam ad com-  
munem aliorum criminum praxin un-  
dequaq; observandam, nihilominus in  
iisdem sequi debet eum iudicii ordinem

R

ac

158 *Qu. XVI. Qua sint crimina excepta,*  
ac processum, qui rationi & æquitati  
naturali consentaneus est, quemque in  
criminibus privilegiatis sive exceptis  
tum jura communia tum particularia sta-  
tuta locorum, si qua de his extant præ-  
scribunt. Vide ipsum *Delrium lib. 5. sect.*  
*1. & Binsfeld. de confess. malefic. post præludia*  
*concl. 6. vers. regulare & juridicum.* prout er-  
go viro politico publici commodi causa  
non nihil de via regia deflectere permit-  
tuntur Politici, quomodo etiam Phi-  
losophi amici causa de via paulisper de-  
clinandum permiserunt, teste *Gellio. 1.*  
*Noct. 3.* sic etiam in hisce exceptis judici-  
in *Plerisque* ab ordinario processu rece-  
dere permissum; ac hoc omninò ei per-  
mittendum fuit, tum propter difficulta-  
tem consuetæ probationis; tum propter  
enormitatem ac ingentem perniciem,  
quam eiusmodi crimina *Reipubl.* adfe-  
runt, quibus proinde nisi efficacioribus  
mediis ac modis obsistat, facile sui con-  
tagione universam communitatem infi-  
ciunt ac pessundant.

Atque in his criminibus potissimum  
esse

esse videtur, *veneficium seu Magia strigum.* quod sua natura admodum est contagiosum, ita ut instar hæresis, velut cancer serpat, semperq; plures in societatem pertrahere molitur; & insuper clam & proditoriè, in locis solitariis & plerunq; nocturno tempore, absque omni teste, qui particeps criminis non sit, idque continuato quasi studio, perpetrari solet, atq; hinc fit manifestum, ordinarium processum in hoc crimine veneficii *inquirèdo & punièdo* unde quaque locum habere non posse, qua de causa crimen hoc, inter excepta, ut ita dicam, *exceptissimum*, ob ipsam scilicet eius enormitatem, perniciè ac obscuritatem rectè vocaveris.

Nescio tamen an probandum sit, quod inquit Delrio *d. q. 1. in app. 2. §. quartus aries negativa sententiæ est: in fine.* ut iudex procedat in hoc crimine, *quo sibi modo procedendum putat;* Equidem etiam Menoch. *casu 474. n. 33.* referens ad hoc *Bald. Salicet. Boer. aliosq;* iudicis arbitrio, ait, esse relictum, *quomodo* adversus maleficum aut strigem sit procedendum; sed certè non admo-

R 2

dum

160 *Qu. XVI. Quae sint crimina excepta;*  
dum expeditum, si non etiam periculo-  
sum videri potest, hic omnia iudicis arbi-  
trio relinquere, nam si in hoc crimine  
potest procedere, *quo sibi modo proceden-*  
*dum putat*, ut ait *Delrio*, quid quæso restat  
ab eius arbitratione exemptum? fortè  
mediam viam ingredi & æquius & tutius  
fuerit cum inter iudices magna sit diffe-  
rentia, & nemo ab affectibus liber; utiq;  
ob eiusmodi incircumscriptam arbitran-  
di licentiam nunquam iudex Syndicatui  
subiacebit, maximè cum in quæstioni-  
bus dubiis & obscuris pro diversitate scri-  
bentium, tot soleant esse sententiæ quod  
capita.

Quare quod dicuntur crimina excep-  
ta, ist nicht dahin zu verstehen / daß eine jede  
Obrikeit bloß ihres gefallens vnd willens/  
vnd also absolute hierin handeln vnd ver-  
fahren solle / Sondern das gleichwol extra  
ordinem, sive non seruato juris ordine,  
die Missethaten erkündiget / darüber erkant  
vnd geurtheilet werden möge / secundum  
tamen leges & jura, das ist / nit ex propria  
conscientia & affectu, Sondern nach auß  
weife

weissung der Rechten / vnnnd deren Lehrer /  
quod vel ipsum Delrium voluisse ac sen-  
sisse apparet ex lib. 5. sect. 1. in fine. ubi in-  
quit: *judicem teneri sequi eum ordinem juris,*  
*qui equitati natura consentaneus est; eum pra-*  
*terea, quem in criminibus exceptis jura com-*  
*munia praescribunt &c. licebit tamen judici*  
*recedere à communi aliorum criminum praxi,*  
*in his delictis vindicandis.* Hinc magis pro-  
priè hæc privilegiata crimina *Extraordi-*  
*naria, seu Irregularia,* quam excepta vo-  
cantur; equidem etiam hæc appellatio  
admitti potest, sed sensu congruo ut in-  
telligantur à jure communi in *Plerisque*  
*excepta,* ac ita non statim *exceptum crimē*  
sit, quod speciali aliquo casu à sua regula  
transit, & exceptionem parit; quomodo  
Delrio ut supra diximus, hinc argutari  
voluit. Atque ita lux aliqua illata iis, quæ  
de criminibus exceptis & eorum na-  
tura & libertate obnubila-  
bantur.

R 3

Quæ.